

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

X. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Gasp. Contareno S.R.E. Cardinali S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

niam in his non humanam laudem querimus, sed nostram & aliorum fidem, cedendum semper est maiorum autoritati: idq; rationabilem, quod doctissimus vir dixerit, hoc est, Gaspar Contrae. Nam reliqua quidem obiecta hominis illius, facilissimam habent refutacionem. Non enim me attingunt: neque ego in meo libro aliud, dico, quam quod ipse differit esse dicendum. Vnum graue eratrum super commentarios meos relegens ipse depeccabat, quod neglo quo pacto milt excederit: est enim profus a me mente alienum. De quo & Lugdunum statim dedi literas viceretur. Et ad Paulum scribo, tecum ut communicate, quando in ranta benignitate, tantoq; studio eam de me curam habeo, ut fratres tuus etiam, maiorem suscipere non possint. Cuius legamus finis & natura & voluntati utram aliquid cferatur. Conabor quidem certe: nec tu me vnuquam ingratis aut immenotem iudicabis. Vale amplissime & doctissime Contrae, nosque semper dilige tui obseruantissimos. VI. Calend. Decembris, M.D.XXXV. Carpenteriæ.

## X.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Gasparo Contareno S. R. E. Cardinali S. P. D.

Quod si  
ad melius  
que rem  
et lemnos  
mane  
commentari  
vni  
ne alia  
is bene  
quidem in  
as non fi  
dem que  
di religio  
nem. Num  
aliquo he  
fectum ap  
particula  
os cancri  
non posse  
ramus.

Onomiam  
literas, quas tu ad quartum Calendas Ianuarij dedisti  
mea in omni genere mirabiliter satisfecerunt. Nulla enim  
et res nullis prætermissa, quæ vel ad sapientissimum hominem,  
vel ad amicum officiosissimum, vel ad grauem & sanctum auto  
rem Christiane pietatis pertineat. Certè nunquam tuæ literæ ad  
me perierint, quin deferant secum effigiem eius viri, quem ego  
tamen postea vix vnuquam credidi: his præseruit moribus, &  
hi temporibus. Itaque incredibili sum amore incensus, & novo  
etiam animatus studio, tui colendi, amplectendi, in oculis  
frenore, in quo habeo propositum mihi exemplar eius vita virtutis  
et fortitudinis, qua maximè beata vita contineri nihil vide  
tur. Sed cum tu in rata tuarum literarum tantum labores in excus  
fando etate respomisisti tua, quam ad meas superiores liter  
as addideras, qua in re quidem peccati nihil fuit: quid mihi nunc  
tego vnuquam agendum est? Faciam breue opinor, & ad tuam  
facilitatem clementiamque configiam: teq; orabo & deprecabor,  
ut mihi lapsi in hunc errorem ventiam des. Nec tamen velim exi  
stimes me aut negligenter, aut obliuione tui, aut quod officij im  
memor sum factus, duobus iam mensibus rescribere ad te dif  
fuisse. Nihil horum est. Sed cum scripsisse Paulus ad me, qua  
dam lecum de me locutum, quæ vehementer ad me pertine  
re fecerit.

O + rent;

rent, & que ipse non nihil in literis significasset, vbetius autem coram se communicaturum diceret: expectare illius adhuc ante volui, quam ad te scriberem ne si nihil ad te refererem de illis rebus, aut tacere in gracie, aut dissimilare callide vissem. Omnia autem quae opus essent, scribere planè tunc non possem. Eò factum est, ut ad hunc diem usque fuerim retardatus. Quod virtutum idonea si excusat, nescio sit, ego ignoro: vera quae certè abs te accipienda, si tua singulari humanitati eximis sequitur, confidare voles. Quod te facturū es non dubito. Ne eis partibus Epistole tua omisisti, quibus tu humanissime finis & modestissime mecum de te iudicium immisus atque elementum de me amplificas, atque auges: cum iam decreatum & indicatum inter nos sit, quod ego abs te diligar, totum id esse honoris tuis: quod vero ipse te colam atque admirer, quis præstissimi viri utibus omnem debet: veniamus ad ea que remaneant continent. In quibus illud primum de commentariis meis: quod misi aliquanto ante Lugdunum erant, quin inseruerem hominem illum res contineat, iecirco non fuerunt concessa omnia loca, quæ ab eo adducta in controveriam sunt. Sed quoniam tu me admonieisti, de co missa est ad Gryphium additio. Item alia nonnulla, quæ ego sponte mutaueram. Neque tamquam in his ipsis quæ notata sunt, quid iure reprehensionum esse videatur cum verborum meorum sensus, id quod pater Latinæ intelligentiæ in plurimis locis fuderit reprehensionem. Quod à me tibi taxat vni indicatum volo. Locum illum Esaie corrixi libello meo ad Gryphium, cum iam liber ad exitum fermè adductus die certara ferè eodem modo se habent. Et quoniam nunc de hoc genere terum inter nos sermo est: cum scripsillem ad Paulum, quadam in re leuiter à te dissidere, idque mihi dixerit, copere scire, ubi, & qua de re sit diligenter: primum tibi prædicto, me illa de libero arbitrio sententia non omnino afferit. Augustino: qui libertatem nostræ voluntatis perficie afferit: dumque Dei gloriam maximè complecti vult, videtur mihi illi denegari aliquid potius, quam quod debeatur, tribuere. Hoc si dilecta vna, liberosque in manibus habememus, faciliè me tibi problemum considerem. Sunt enim in eo ipso, de quo loquimur, doctissimo nimis sancctissimoque doctore, proflus manifestatio in illam extremam & remotissimam sententiam se contulisse haereticorum & contentione disputandi (vt ego quidem auctor) magis, quam considerata, & quieta ratione invenire adest. Nec tamen si non consentio cum Augustino, iecirco ab Ecclesia Catholica dissentio: quia tribus tantum Pelagij capitulis improbat, certa libera ingenis & disputationibus respondeo. De quibus ego meam sententiam in Commentariis protulii,

mbarrogans: (absit enim hoc à me) sed tantum ingenuè quid  
 ientem, exponens. Quod verò tu afferis, moueri te verbis illis,  
 quæ Paulum sunt, quæ ille ait, Deum ut notas faceret diui-  
 tis glorias tuis in vafa misericordiae, quæ preparauerat in glo-  
 rum, & que sequuntur: hec ego verba quemadmodum inter-  
 pretare ait: explanem, ne longum sit epistola complecti, ad meam  
 expositionem horum ipsorum verborum in Commencatis meis  
 tunc. Que quod abs te leguntur, gratum mihi est, sed tuis  
 granum studiis atque occupationibus parum arbitror accom-  
 modatum: cùm p̄x̄lerim fontes à riuis non muruentur: lege-  
 re te nostra magis mihi honorificum sit, quam tibi vtile. Sed tu  
 violes. Ego quidem hoc labore & onere, quod propter tuam  
 admirabilem humanitatem mea ea uia fulcips, profrus te libero.  
 Fratrem tuum mortuum, non noueram: sed quia tuus erat fra-  
 ter, cum præclarè de eius virtute ac natura sentio, tum illum no-  
 bis eripiūt esse doleo, quem ego amo mediostudius etiam vita  
 fructuosa. Deumque immortalem deprecor, ut illi ipse propitius  
 & liberalis fuit celestis gratia sit. Tuam quidem animi firmita-  
 tem, sapientiam, religionem, & miror, & meritis laudibus in ce-  
 lum ero, qui tam mansuetè & patienter decreta Dicī accipias.  
 Vnum de his satis: responsum enim ferme est ad omne argumen-  
 tum tuum literarum. Nunc veniamus ad ea quæ pertinent ad  
 me: plurimis mihi verbis expoſta a Paulo, accurateque narrata.  
 In equis illis non nouum, quod tua insignis erga me beneuo-  
 lencia omnibus locis se ostendit: cui aliquando viuam referam  
 mentum gratiam: Hoc nouum, quod tu de honore meo atq; or-  
 namentis cogitans, id agis ac moliris, quo n̄l meis rationibus in-  
 venti p̄ceſſi inimicitus. Ego enim vitam beatam in libertate  
 animi, & in tranquillitate, eisque agendis & suscipiens rebus,  
 quæ libera nostra voluntate dependeant, possum esse duco.  
 Ceteram generis facultatem quandam natum, exerceo me in  
 illis, quod quidem possum: quantoque mihi tenturas mea,  
 Desideria ope, suppeditat & elargitur. Quæ ab hoc genere vita  
 diffidim aliena que sunt, tanquam aduersaria mihi & molestia  
 multum, abicio acque repudiō: neque vilium corum appetitum  
 aequaliter ad animum meū introitum sive. Quod aciōre etiam  
 iuvic facere mihi video, quod virtusq; vita vīm conditionem  
 que operis statuere facile possum, quantum hac illi in omni ra-  
 tionē beatitudinis antecellat. At interest Reipub. (cognoui enim  
 ex eodem Paulus rationes omnes & disputationes tuas, plenissi-  
 mis nepte & pietatis & doctrinae) O doctrinissime, & optime Con-  
 tare: vnam te ista spes nunquā decepta sit. Tu eximia ad  
 hinc quadam honestate veraq; prudentia & integritate ad hoc spe-  
 radum adduceris: cùm quod optimum faciūt esse intelligis. &  
 O 5 — illis

218

illis ipsis salutare, quorum causa es sollicitus, id iam factum  
confidis, & existimas. Quod secus longè est, arque vitam mea sed  
est. An tu arbitrare, si esset spes aliquid preclarè salutis terrena  
agendi, quin ego memetipsum essem expoitus atq; oblationem  
non dico ad honores, (improbi enim illud hominis est & non  
Deo, sed sibi fauentes & inservientis) sed in mortem arque cre-  
cem, ut caput Apostolorum dixit: cum quicquid meo incomme-  
do & damno Reipub. paretur, ego maximum meum lucrum en-  
flixiatur esse? Sed (crede mihi) temporum horum vnde  
corrupta studia, itam probitatem sapientiam que non recipimus.  
Caput (vt spero) egregie probum habemus: hoc est Pontificis  
ipsum, cogitantes & cipientes ea quae se digna sunt. Sed non  
plus ille potest, quam temporum perueritas. Agrotat enim con-  
pus Reipub. & co mōri generē agrotat, quod praesentem meo  
cinam respuit: magisq; effet longo circuitu ad partem aliquam  
sanitatis renocadūm; sicut ipsum paulatim curriculo tempori  
in hanc tabem delaplum est. Multis (inquant) vigiliis, plures  
remedii, dissimilatisq; expensu numero cōfiliis, fatus effet & legi-  
tas Christianæ Reipub. restituenda. Ac quo modo res quae  
dem succellera sit, si conuenies agetur, de quo expectatio  
adero vna vobiscum, nec deferā partes meas, quantilla ille con-  
funt, meumq; officium pius & debitum, tum Deo atq; Reipub-  
tum isti Sanctæ sedi Apostolicae præfabo: teque & video, &  
complectar ita libenter, ut nullam maiorē lertissim animo meo  
sum percepturus. Intercea onus hoc feram, quod ab Deo mihi in-  
iunctum atq; impositum est, si non aptè, & robustè, ut integrum  
& fortissimum decet, at certè non contumaciter. In quo pro metu  
te faciat inserviam Reipub. cùm meum perfum curabo. Aliqua-  
rumq; hic tamen proficiam: qui si istic esse, nec proficie quia  
quam possem, & proprium meum manus curationem que re-  
querem. Quam obrem si me amabis (quod profecto facies) con-  
fides huic otio & tranquillitatí mea. Que si mihi falsa perme-  
nebit, vberius erga te porero esse gratus, quam si in illis fluctu-  
& turbidas rerum agitationes me conicerem. Itaque rogo te  
que obsecro, per fidem amicitia nostrę, quam fanē inter nos  
constitutam, ad extremum diem vique incolatam perdulam  
sumus; ut suiscepias otij & libertatis meæ patrocinium: atque  
eamente, de me quam suiscepiisti, desfas: mecumque adiuncta  
cum, qui mihi maximè cordi est, & quo vitam ipsam non habeo  
chariorem, faluum mihi præstas, arque in columm: de qua plu-  
rimum spesi in tua autoritate, & prudentia, & amore aduectum  
me, repositorum habeo. Ego de hac re ad summum Pontificem  
scribens, ingenui illi quidem animum meum expono. Seis  
tu subseqquare literarum mecarum sententiam tuis amantissi-  
mum.

verbis atque consilis (sic enim te facturum Pontifici pollicitus sum) pro a te magnopere etiam atque etiam Paulus tuus iam magis quam meus, nonnulla ad te meis verbis prescribit, ad rationes horum temporum spectantia: quorum vel supprimendos, vel preferendos tua erit potestas. Vale. III. Idus Martij, M.D. XXXVI. Carpenteracti.

## XI.

IAC. SADOLETVS EPISC. C A R P.  
N*u*r. Archiepsic. Capua S. R. E. Card. S. P. D.

LITERAE TUE PERBREUES, sed amoris humanitatisque plenissima, hoc mihi etiam fuerunt iucundiores, quod manu tua tenperis illud ipsum testimonium de quo scribis nostre perpetuae & constantis amicitiae, grauus multo faciebant. Ecce illud in eis missis liberaliter: quod mihi ea honorum cognomina attribuis, eas ego vobis summariis libenter facileque concedo. Nam mihi fane parvitas mea est voluptati, qua in tranquillitate animi, onus literario posita legitatur. Florere autem amplis titulis, & honorum ea insignia obtinere, quae cum magnis curis & negotiis coniuncta sunt, magis in te, ceterisque amicis meis, quam in memetipso gratum mihi est. Vestro enim patrocinio, vello labore & opera, nos viuitus pacatores. Quanquam nullus quidam mihi amicus est et antiquior, ac ne benevolentior quidam. Ita enim & ad me scriptis, quoad in urbe mansit, Paulus & reverens ad nos illud idem vehementius confirmavit, nullum sit a te studium, nullum indicium amoris, quod quidem optari ponente aut debuerit, defuisse: cum & in deferenda ope tua, ingredi in te benevolentiam & in communicandis maximis rebus summa fide: & in omni sermone & sive familiari, egregiam casu comitatem & experitatem esse, plurimumque ad amasse reflectetur: Quae mihi omnia iuncta auditu, ipsa re pergrata, non quidem praecepit spem, sed tamen supra spem mihi tributa fuit: ut tantum tibi pro illis gratiae debeam, quantum nostra amicitia patitur. Et porrò vult, ut animo magis quam verbis gratiam memoriam officiorum comprehendamus: quod tibi quidem a me, & amplitudini tuae nunquam derit. Tu quando mihi conseruum studium & autoritatem & operam amantissimis verbis polliceris atque defers, summo me omnium beneficio affectus, si amorem istum tuum erga me conferuaueris.

Vale. III. Id. Martij, M. D. XXXVI.

Carpenteracti.

IAC.